UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.I. Extract aus dem Schwedischen Instrumento Pacis, Jura Statuum betreffend.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52129

Visual Library

1647. April. 1647. April.

annoch formaliter communicirten Extractu Inſtrumenti Suecici, ſub N. I. einen Appendicem des puncti *Amniſtiæ ſeu Reſtitutionis*, und den *punctum Gravaminum Politicorum* betreffend, zu erſehen war, was geſtalt die meiſte und vornehmſte paſſus deſſelben, von den Käyſerlichen Geſandten, aus denen in beygefügten kurtzen Notandis ſub N. II. angezogenen Urſachen durchſtrichen, und es hingegen bey ihrem ſub N. III. hiebey liegendem verfaſten Aufſatz bemeldten puncti Gravaminum Politicorum halber, verbleiben zu laſſen, für nöthig erachtet worden.

Und gleichwie beyderſeits Plenipotentiarii ſolche Anlagen zu dem Ende zur Reichs-Dictatur kommen laſſen, damit tanquam de re communem Imperii Statum concernente, in allen dreyen Geſamten Reichs-Räthen, zu Oſnabrück und zu Münſter darüber deliberiret werden möchte; Alſo wurde aber bey der am Montag darauf, in *Conſilio Evangelicorum* gehaltenen Seſſion, ſolches wegen der Catholicorum in etlichen Päſſen beſorglich-widrig-fallenden Votorum, bedencklich gehalten, und dahero die Schweden des nachfolgenden Tages, per Ordinarios Deputatos erſuchet, zuvorderſt und noch vor dergleichen angehenden geſammten Reichs-Deliberation, einen nochmahligen Verſuch zu thun, ob und wie weit es zwiſchen ihnen und den Kayſerlichen bey fortfahrender Conferenz, ſonderlich ratione derjenigen ſpecialiter an die Hand gebenden Puncten, ſo directo oder per indirectum der Evangelicorum Intereſſe vor andern concernirten, und man ſich derentwegen der Catholicorum Diſſenſus und Contradiction zu befahren habe, dahin zu bringen, damit es bey dem Schwediſchen Aufſatz endlich gelaſſen werden möchte; welches dann auch die Schweden zu bewürcken verſicherten.

N. I.

Dict. Oſnabr. d. 20. April. 1647.
ſub Direct. Magdeb.

Extract des Königlichen Schwediſchen Inſtrumenti, ſoviel die Jura Statuum betrifft.

(Dieſes Stück iſt von den Herren Schwediſchen den Evangeliſchen den 19. April. 1647. communiciret worden, dabey zu ſehen, was allhier mit Curſiv gedruckt iſt, von den Kayſerlichen habe rejiciret und ausgeſtrichen werden wollen.

Contractus, Permutationes, Transactiones, Obligationes & Inſtrumenta debiti, vi metuque, ſeu Statibus ſeu Subditis, illicite extorta, *prout factum Spiræ, Weiſſenburgi ad Rhenum, Landaviæ, Reutlingæ, Heilbrunnæ &c.* ut & redemptæ ceſſæque actiones, (*interque has Tillio ejusque hæredibus in Brunsvicenſium ac Luneburgenſium Ducum Ducatuum & Provinciarum præjudicium facta ceſſio, una cum Proceſſibus deſuper exortis, abolitæ atque ita annullatæ ſunto, at ullum judicium actionemve eo nomine intentare ſit nefas*) quod ſi vero debitores Inſtrumenta crediti vi metuque creditoribus extorſerint, ea omnia reſtituantur, actionibus deſuper ſalvis.

Debita (ſive emptionis venditionis, annuorum redituum, ſive alio nomine vocentur) ab una alterave belligerantium parte, in odium Creditorum violenter extorta, denuo non exigantur, quam proceſſus eo nomine decreti una cum transactionibus & promiſſionibus pro futura horum reſtitutione factis vel potius illicite extortis tollantur & enerventur: Salvis tamen iis pecuniarum ſummis, quæ flagrante bello pro aliis ad avertenda eorum præſentiſſima & majora damna, bono animo & intentione erogatæ ſunt; Ejusmodi caſus Weiſſenburgi ad Rhenum, Oſnabrugis & forte alibi contigerunt.

Pignora, quæ contra Cæſaream Capitulationem & Privilegia de non reluendo, ab

1647. *ab aliis redempta fuerant, prout Lindaviæ, Weiſſenburgi in Nordgovia & alibi* 1647.
April. *factum, ſorte reddita, cum omnibus ſuis pertinentiis & Literariis Documentis ad* April.
bona reſtituenda ſpectantibus, priori ſuo Statui plenariè aſſerantur.

Sententiæ tempore belli de bonis Eccleſiaſticis latæ ſive initæ, de rebus autem merè Secularibus pronunciatæ, niſi proceſſus vitium & defectus manifeſtè pateat, vel incontinenti demonſtrari poſſit (prout patet in cauſa Speier contra Speier prætenſæ demolitionis fortalitii Udenheimenſis) non quidem omninò ſint nullæ; at effectus tamen rei judicatæ ſuſpendatur, donec Acta Judicialia, (ſi alterutra pars intra ſemeſtre ab inita pace ſpatium petiverit) modo extraordinario in Imperio uſitato revideantur & æquabili jure ponderentur, atque ita dictæ Sententiæ vel confirmentur vel emendentur, vel ſi nulliter latæ ſint, planè reſcindantur.

Si quæ etiam Feuda, Regalia vel privata, ab Anno 1618. non fuerant renovata, nec interim eorum nomine præſtita ſervitia, nemini id fraudi eſto; ſed tempus repetendæ inveſtituræ à die factæ pacis cedere incipiat. A dicta tamen univerſali reſtitutione excepta ſunto, quæ reſtitui vel reddi nequeunt mobilia & ſe moventia, fructus percepti *(modò poſſeſſores bonorum penſiones & onera uſuraſque è poſſeſſionibus debitas interim exſolverint)* auctoritate belligerantium partium univerſa, itemque tam deſtructa quam publicæ ſecuritatis decorisque cauſa in alios uſus converſa ædificia, publica & privata, Sacra & Profana, nec non depoſita, confiſcata, legitimè vendita, ſpontè donata.

Ut *autem proviſum quoque ſit, ne poſthac in Statu publico controverſiæ ſuboriantur, porrò conventum eſt inprimis, ut Electoribus juxta Auream Bullam ſarta tectaque maneant eorum Præeminentiæ & Jura, de ſalute & in columitate Imperii quoties libuerit conveniant & conſultent, nihil autem inſciis aut invitis cæteris Statibus ſtatuant aut executioni mandent. Cum Univerſalia Imperii Comitia judicaverint ex uſu Reipublicæ fore, ut Imperatore Vivo Romanorum Rex eligatur, libera ſit ipſis eligendi poteſtas; cum vero Electionem Regis non neceſſariam duxerint Comitia, non eligatur, niſi poſt fata Imperatoris Succeſſor. Deinde quia totius Reipublicæ intereſt, ne Leges Imperii Fundamentales ſæpius moveantur, ideo conventum eſt, ut prima quaque occaſione ex communi omnium Imperii Ordinum Suffragio una, certa, conſtansque Capitulatio Cæſarea perpetuo obſervanda, nec niſi de Comitiali dictorum Ordinum conſenſu mutanda, conformetur.* Denique ut, cum aliæ leges novæ in Imperio ferendæ veteresvè interpretandæ fuerint; cum Bellum decernendum, Tributa indicenda, Delectus & hoſpitationes militum inſtituendæ, nova Fortalitia intra Statuum ditiones nomine Imperii publico extruenda, aut vetera præſidiis munienda; cum Pax aut Fœdera facienda, *aliquis Status dignitate boniſque exuendus videatur;* Nihil horum aut quidquam ſimile poſthac unquam fiat vel admittatur, niſi cum Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu.

Habeantur autem Comitia Imperialia ſingulis trienniis ad minimum ſemel, interea verò, quoties publicum id exigit utilitas, nec ultra trimeſtre protahantur, aut in convocando ullus Statuum prætereatur: tam in Comitiis verò, quam Conventibus Deputatorum Directoria Statibus præcipue ubi re- & correferendo Vota inter ſe diſcrepant, copiam eorum faciant tempuſque deliberandi concedant, nec in Conventibus Deputatorum una Claſſis à reliquis duobus Collegiis ſeparetur, aut Civitatibus Imperialibus in ordinando Directore præjudicium ullum creetur: Quin & dictis Civitatibus Imperialibus tam in Univerſalibus, quam Particularibus Imperii Conventibus abſque controverſia curiatim competat Votum Deciſivum.

De cœtero omnes Imperii Status in ſuis Juribus Superioritatis aliiſque

1647. April. Prærogativis, Libertatibus & Privilegiis, ita reſtaurati firmatique ſunto, ut à nullo unquam ſub quocunque prætextu de facto turbari poſſint vel debeant. 1647. April.

Inprimis vero jus faciendi inter ſe & cum exteris Fœdera pro ſua cujusque Conſervatione ac Securitate ſingulis perpetuo liberum eſto; Ita tamen ne ejusmodi Fœdera ſint contra Imperatorem & Imperium, Pacemque ejus Publicam ſiantque ſalvo per omnia Juramento, quo quisque Imperio & Imperatori obſtrictus eſt. *At ſi Cæſares quemquam Statuum primi laceſſiverint, tunc ſicuti defenſio ita & Fœdera licita ſunto.*

Rata igitur ſint, quæ hucusque eo modo ab Ordinibus inita ſunt Fœdera; Rata quoque ſint Pacta Principum Familiarum atque inter cætera Confraternitatis & Unionis hæreditariæ Domuum Saxonicæ, Brandenburgicæ & Haſſiacæ, prout Anno 1687. & 1640. renovatæ ſunt; Cujuscunque tamen tertii jure ſalvo. Et in hunc finem amplius conventum eſt, ut omnes Laudabiles Conſvetudines, Sacri Romani Imperii Conſtitutiones & Leges Fundamentales impoſterum religioſe ſerventur, ſublatis, quæ bellicorum temporum injuria irrepſerunt confuſionibus. *Cumprimis, ut Circuli dismembrati redordinentur & Matricula Imperii primo quoque tempore redintegretur, Erffurto & Egera eidem denuo inſertis, & ad Comitia deinceps cum libero Jure Suffragii vocandis; Osnabruga quoque in recompenſationem præſtiti Legatis hoſpitii Immedietate donetur.*

Tum ut eadem Matricula, ſervata inter Status proportione, ita corrigatur, ut plus juſto gravati pro qualitate conditioneque proventuum ſubleventur.

Nec in Collectis imponendis nulli portio competens remittatur, unde contra jus prægravari poſſint alii.

Nulli Statuum liceat ſe vel de præterito, vel præſenti vel futuro, Jurisdictioni aut oneribus Imperii ſubtrahere; ſed qui ſe hactenus quocunque modo ſubtraxerunt, ad ea protenus reducantur; Status Immediati Imperio avulſi aliisque ſubmiſſi quantocyus eo metu liberentur, ab ejusmodi auſibus impoſterum ſecuri.

Jus ſuum in ſubditos cuilibet illibatum maneat, iique legitimis Dominis ablati aliisque ſine ſuo facto ſubjecti, reddantur; Jurisdictioni ſubtracti reſtituantur, nec ſubditi Statuum, ad Aulam Imperii evocentur.

Privilegia, Immunitates, Exemptiones aut Protectoria Provincialibus, Civibus aut Subditis Statuum non concedantur absque eorum, quorum intereſt, conſenſu. Nec Subditis contumacibus & inquietis ulli Proceſſus adverſus Magiſtratum incognita cauſa decernantur, ſed ii potius ad obedientiæ debitæ præſtationem compellantur.

Poſtarum Magiſtri oneribus Civitatum non eximantur; curſus publici diſpoſitio cujuslibet loci Magiſtratui committatur, nec hi pro literis Statuum ad Aulam Cæſaream ferendis mercedem exigant.

Ad abbreviandas & minuendas lites tam ordinaria Cameralis Appellationis ſumma, quam ſummæ inappellabiles Statibus altero tanto augeantur, & Privilegia de non appellando, etiam querelas nullitatis excludantur.

Taxa Sportularum in Judicio Camerali non augeatur niſi cum Comitiali omnium Ordinum conſenſu, ne mero fortunæ vitio obærati Status ob non ſolutas ad Dominorum Cameralium ſuſtentationem aſſignatas Quotas, Proceſſibus Fiſcalibus & executivis obruantur: ſed donec ad meliorem conditionem redierint, moderamen aliquod adhibeatur.

1647. April. *Liberæ Imperii Civitates non habeantur pro bonis patrimonialibus Cæſarum: nec ſub prætextu alicujus Protectionis, Advocatiæ aut Præfecturæ, ab Imperio avulſæ in municipia Principum convertantur.* 1647. April.

Ad æmulationem vicinorum vel oppreſſionem ſubditorum contra Privilegia legitimè acquiſita Pacta & Transactiones ab Anno 1618. noviter exſtructa Fortalitia diruantur: Reliqua vero munimenta, ſive durante bello ſive prius facta, diſpoſitioni & arbitrio cujusque Status relinquantur.

Tranſitus & hoſpitationes militum inſtituantur ad normam Circularium inſtitutorum & Ordinationis Executorialis, Statibusque liceat ſe adverſus transgreſſores defendere eosque coercere.

Novis Titulis hucusque in Germania inuſitatis nullus Statuum in præjudicium alterius utatur.

Nec merum Imperium, nec Jus Foreſti vel ſubditos vel terras Statuum trahat in ſubjectionem.

Ad indagandum medium proviſionale, quo tam debitores per publicam calamitatem fortunis lapſi, quam creditores æquabiliter juvari poſſint, deputentur ſtatim aliquot Statuum Legati proxime deſuper deliberaturi, interim dum de eo convenerit, quod intra ſpatium anni fieri debebit, ſiſtatur curſus Uſurarum.

Tandem conventum hic quoque eſt, ut Chriſtiana diſciplina & reformatio ſeu Ordinatio Politiæ, prout ea Auguſtæ Vindelicorum Anno 1538. & 1548. itemque Francofordi Anno 1577. communi Cæſareæ Majeſtatis Ordinumque placito publicata fuit, renovetur, præſentique ſtatui adaptata in uſum intemerandum revocetur, ſtatutâ in transgreſſores absque reſpectu condigna pœnâ &c.

N. II.

Dict. Osnabr. d. 21. April. 1647. ſub Direct. Mogunt.

Kurtze Notanda, warum an ſeiten der Herren Kayſerlichen Plenipotentiarien etliche bey dem VII. Artic. des Schwediſchen Inſtrumenti Pacis eingerückte Paſſus aus- und hingegen es bey dem im Inſtrumento der Kayſerlichen Artic. IX. verfaßten Auffatz zu laſſen, nöthig erachtet wird.

§. *Ut autem &c.* Iſt derentwegen in Bulla Aurea & Capitulatione Cæſarea gnugſam Verſehung obhanden, alſo vergeblich, an dieſem Ort zu diſponiren.

§. *Cum Univerſalia &c.* Iſt ein unerhörtes Werck im Reich, ſo ſonder Zweifel deſſelben Fundamental-Verfaſſung mit der Zeit angreiffen und labefactiren wird, auch allbereit in allen dreyen Reichs-Räthen per Majora geſchloſſen worden, daß dieſe Quæſtion nicht weniger als ipſa electio, dem Churfürſtlichen Collegio abſolutè heimzulaſſen.

§. *Deinde &c.* Das Churfürſtliche Collegium hat extra omnem controverſiam hergebracht, einen neu-erwählten Römiſchen König mit gewiſſer Capitulation zu verbinden. Ob aber de conſenſu omnium Statuum eine gewiſſe und unveränderliche Capitulation ad omnes caſus zu verfaſſen, gehöret auf einen ordentlichen Reichs-Tag. Daß auch kein Stand ſeiner Dignität, Standes, Land und

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN